

Attonitum monstris uulgius pauet. illa pauentū
 Ora uenenata tetigit mirantia uirga:
 Cuius ab actu uariarum monitra ferarum
 In iuuenes ueniunt. nulli sua mansit imago.
 Prefferat occiduus tartesia littora phœbus:
 Et frustra coniunx oculis animoq; canentis
 Expectatus erat. famuli populusq; per omnes
 Discurrunt siluas: atq; obuia lumina portant.
 Nec satis est nymphę flere & lacerare capillos:
 Et dare plangorem. facit hæc tamen omnia seq;
 Proripit: ac latos errat uasana per agros.
 Sex illam noctes totidem redeuntia solis
 Lumina uiderunt inopem somniq; cibiq;
 Per iuga. per ualles: qua fors ducebat: euntem.
 Vltimus aspexit fessam luctuq; uiac;
 Tibris: & in gelida ponentem corpora ripa.
 Illic cum lachrymis ipsos modulata dolores
 Verba sono tenui mcerens fundebat: ut olim
 Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.
 Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
 Tabuit: inq; leues paulatim euauit auras.
 Famam tamen signata loco est: quem rite canentem
 Nomine de nymphę ueteres dixeret coloni.
 Talia multa mihi longum narrata per annum
 Visaq; sunt. refides & desuetudine tardi
 Rursus inire fretum. rursus dare uela iubemur.
 Ancipitesq; uias & iter titania uastum
 Dixerat: & sæui restare pericula pontis:
 Pertinui fateor: nactusq; hoc littus adhæsi.
 Finierat macareus. urnaq; geneia nutritrix
 Condita marmoreo tumulo breue carmē hēbat.
 Hic me caietam notæ pietatis alumnus
 Ereptam argolico: quo debuit igne: cremauit.
 Soluitur herbofo religatus ab aggere funis:
 Et procul insidias infamatq; relinquunt
 Tecta deę: lucosq; petunt: ubi nubilus umbra
 In mare cum fulua prorumpit tibris harena:
 Faunigenęq; domo portitur: nataq; latini:
 Non sine Marte tamen. bellum cum gente feroci
 Suscipitur: pactaq; furit pro coniuge turnus.
 Concurrat latio tyrrhenia tota: diuq;
 Ardua sollicitis uictoria quæritur armis.
 Auger uterq; suas externo robore uires.
 Et multi rutulos. multi troiana tuentur
 Castra. neq; aeneas euandri ad mcenia frustra

Vulgus. comites pici. Mirantia. stupentia.
 Monstra. monstroræ figuræ. In iuuenes ueniunt. nam illi in uarias feras fuerunt conuersi.

Prefferat occiduus. canens uxor pici cum uig
 nusq; inueniret: ita se lachrymis tradidit: ut paulatim iuxta tyberim in auras fuerit resoluta. locus autem ille canens a canentis nymphæ nomine fuit appellatus. Tartesia littora. occidentalia. nam tartesus urbs est ulterioris hispâiæ. Lumina. funalia faces. Seq; proripit. e domo. Et dare plangorem. & edere etularum. Vasana. loci nomina
 Canēs i
 loci no
 men

Carmina exequialia. exequiis cōuenientia. cygnus autem morti uicinus suauissime canere memoratur. Tabuit. paulatim absumpta ē. Euauit. resoluta ē. Rite. merito & recte ob memoriam illius nymphæ: quæ mariti desiderio illic ut tam cum morte cōmutarat. Per longū ānum. quo apud circen fuimus. Resides. desides ac pigris. facti autē sui audiatur. Inire. intrare. Dare uela. nauigare. Sæui pontis. furentis & in tempestatem cōcitati maris. Aeneia nutritrix. caietæ aeneæ nutritrix: quæ mortua ac sepulta & portui & urbi nomen dedit. Breue carmen. epitaphiū dicit. Alumnus. aeneas a me alius atq; educatus. Argolico igne. quo a græcis Ilium tuit incensum. Funis religatus. quo naues religatae tenentur. huiusmodi autem funifora uocatur. Infamata dea. infamia laborantis circæ. Prorumpit. cum impetu ingreditur. Faunigenæq; domo. Latini fauni filii. Hæc autem idcirco narrat poeta: ut sociorum diomedis in aues cygnis similes metamorphosin cū superiore aptius cōnectat. Cum gente feroci. Rutulorū ut ex carmine quoq; Vergiliano est notum. Concurrat latio tyrrhenia tota. thuscis populis contra latinos bellum pro troianis suscipiunt. Externo robore. externis militibus. Neq; Aeneas euandri ad mcenia frustra. nam euander in troianorū auxiliū & pallantē filiū misit: & ut a thuscis imploraret: auxiliū hortatus ē: ut Verg. quoq; canit. Ad uenulus frustra. uenulus a turno ad diomedē: q; i apulia urbē ædificauerat: missus orator: nihil auxiliū ab eo impetrauit: quod diceret cū alia quædā tum troianos nimitū diis esse gratos. Profugi diomedis. pcula patria ob uxoris tur

Diomedis socii
 in aues

pitudinem fugati . nam diomedes a bello troiāo
in patriam reuersus agialen uxorem comperit
cylleboro stheneli filio adhæsisse: a qua cum re-
ceptus non foret: aufugiens peruenit in apuliam
ubi a Dauno cum parte regni filia accepta urbē
nomine argyrippā ædificauit. Sub iapyge dau-
no. daunus rex fuit apuliæ: a quo daunia fuit ap-
pellata. Iapyx autem a iapygia declinatur: q̄ eadē
dem ē cum apulia: a Iapyge Dedali filio cogno-
minata. Sane iapyx urbis quoq̄ nomen est: quæ
nunc Barium dicitur. Est etiam iapyx uetus apu-
liæ peculiaris. Aetolius heros. diomedes Ty-
dei ætolia regis filius. Excusat. i. excusationem
adducit. Cōmentra. ficta. Perpetiar. sustiebo.

Memorare. narra. Ilios. urbs troia: q̄ & Iliō
dicitur. Naryciusq̄ heros. aiāx oilei filius: q̄ su-
it narycius. naryx enim quæ & narycium & nary-
ryce dicitur: urbs fuit locridis. Vnde narycius de-
clinatur. aiāx autem oilei filius Casandram pria-
mi filiam: cum in templo palladis stuprasset: nō
in se solum: sed in omnes græcos iram numinis
concitauit. nam in patriam nauigātes: & ipse ful-
mine percussus orta maxima tempestate: & alii
per maria fuere dissecti. A uirgine. pallade: q̄
perpetuam seruauit uirginitatem. Virgine rap-
ta. Casandra stuprata. Digessit. dissipauit. di-
misit. Spargimur. dissipamur. dispergimur.

Cumulumq̄ capharea cladis. Caphareus pro-
montorium est euboeæ in Hellepōtum spectās
ad cuius radices ira Mineruæ: a fraude Naupli-
palamedis patris: græcorum classis maximū fe-
cit naufragium. Priamo quoq̄ flenda uideri. ni-
mia est calamitas: quæ hostibus quoq̄ flenda ui-
detur. Antiquo de uulnere. nam in bello troia
no diomedes cum ænea congressus: cum sibi eū
auxilio ueneris eripi uideret: in ipsam deam sa-
gittas coniecit. qua re dea irata a diomede uxo-
ris animum sic abalienauit ut illum ab excidio
troiāo reuersum iādes accipere noluerit. Me-
mores pœnas. quas in memoria habebat. Im-
portunus caphareus. sine portu. perniciosus.

Deficiunt. me derelinquere uolunt. At agmō
feruidus. agmon cum uenerem cōtemneret: in
auem cygno similem una cum quibusdam e so-
ciis fuit commutatus. Feruidus ingenio. feroci
ingenio preditus. Et asper. etiam indignatus.

Recuset ferre. nolit pati. Est locus in uoto. uo-
tis & pœbis locus relinquatur. tunc enim hoīes
ad pœces confugiunt. Cum peiora timent. Sors
est ubi pessima rerum est. ubi pessimus est rerum
status. Sub pedibus timor est. nihil timetur.

Secura. sine tiore. Sub diomede. existētes sab-
audiamus. Semper nimus. cōtēnimus. Ma-
gna potentia. ueneris. Stat magno. cōstat. nam
patriā ppter ipsam amisimus. Pleuronius ag-
mō. pleurō urbs ē ætolia. unde pleuronius deri-
uatur. Resuscitat. iterum excitat. Numeri ma-
foris amici. plures amici. Tenuata. tenuis &
exigua facta.

At uenulus frustra profugi diomedis ad urbem
Venerat. ille quidem sub iapyge maxima dauno
Mœnia condiderat: dotaliaq̄ arua tenebat.

Sed uenulus turni postq̄ mandata peregit:

Auxiliumq̄ petit: uires ætolius heros

Excusat. nec se aut soceri cōmittere pugna

Velle sui popu. os: aut quos e gente suorum

Armet: habere ullos. ne ue hæc cōmēta putetis:

Ad monitu q̄q̄ luctus renouentur amari:

Perpetiar memorare tamen. postq̄ alta cremata ē

Ilios: & danaas pauerunt pergama flammæ:

Naryciusq̄ heros a uirgine uirgine rapta:

Quā meruit pœnam solus: digessit in omnes:

Spargimur: & uentis inimica per equora rapti

Fulmina. noctem. imbres. iram cæliq̄ marisq̄

Perpetimur danai: cumulumq̄ capharea cladis.

Ne ue morer referens tristes ex ordine casus:

Græcia tum potuit priamo quoq̄ flenda uideri:

Me tamen armiferæ seruatum cura mineruæ

Fluctibus eripuit. patris sed rursus ab agris

Pellor: & antiquo memores de uulnere pœnas

Exigit alma uenus: tantoq̄ per alta labores

Aequora sustinui. tantos terrestribus armis:

Vt mihi felices sint illi sepe uocati:

Quos cōmunis hyems iportunusq̄ caphareus

Mersit aquis. uellemq̄ horum pars una fuisse.

Vltima iam passi comites belloq̄ fretosq̄

Deficiunt: finemq̄ rogant erroris. at agmon

Feruidus ingenio. tum uero & cladibus asper

Quid superest quod iam patiētia nostra recuset

Ferre uiri dixit: quid habet cytherea? quid ultra:

Velle puta: faciat: nam dum peiora timentur:

Est locus in uoto. sors autē ubi pessima rerū est.

Sub pedibus timor est: securaq̄ sūma malorū.

Audiat ipsa licet: & quod facit: oderit omnis

Sub diomede uiros: odium tamen illius omnes

Spernimus: & magno stat magna potētia nobis.

Talibus iratam uenerem pleuronius agmon

Instimulat uerbis: stimulisq̄ resuscitat iram.

Dicta placent paucis. numeri maioris amici

Agmona corripimus: cui respondere uolenti.

Vox pariter uocisq̄ uia est renuata: comēq̄

In plumas abeunt. plumis quoq̄ colla teguntur:

Pectoraq̄ & tergū. maiores brachia pennas

Accipiunt: cubitiq̄ leues tenuantur in alas.

Magna pedis digitos pars occupat: oraq; cornu
 Indurata rigent: finemq; in acumine ponunt.
 Hunc lycus, hunc idas: & cū pethenore nycteus.
 Hunc miratur abas: & dum mirantur eandem
 Accipiunt faciem: numerusq; ex agmine maior
 Subuolat: & remos plausis circūuolat alis.
 Si uolucrum quæ sit dubiarum forma requiris:
 Vt non cygnorum: sic albis proxima cygnis.
 Vix equidem has sedes & iapygis arida dauni
 Arua gener teneo minima cum parte meorum.
 Hactenus oenides, uenulus calydonia regna
 Puteolosq; sinus messapiaq; arua reliquit:
 In quibus antra uides: quæ multa nubila silua
 Et leuibus guttis manantia semicaper pan
 Nunc tenet, at quodā tenuerūt tēpore nymphæ.
 Apulus has illa pastor regione fugatas
 Terruit: & primo subita formidine mouit.
 Mox ubi mens rediit: & contēpsere sequentem:
 Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
 Improbat has pastor: saltuq; imitatus agresti
 Addidit obscœnis conuicia rustica dictis.
 Nec prius obticuit: q̄ guttura condidit arbor.
 Arbor enim est: succoq; licez cognoscere mores:
 Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris
 Exhibet, asperitas uerborum cessit in illas.
 Hinc ubi legati rediere negata ferentes
 Arma ætola sibi: rutuli sine uiribus illis
 Bella infausta gerunt: multūq; ab utraq; cruoris
 Parte datur, fert ecce auidas in pinea Turnus
 Tecta faces, ignesq; timent: quibus unda pepcit.
 Iamq; picem & caras alimenta q; cætera flamme
 Mulciber urebat: perq; altum ad carbasa malū
 Ibat, & incuruq; fumabant transstra carinæ:
 Cum memor has pinus idēo uertice cefas
 Sancta deum genitrix tinnitibus æthera pulsi
 Aëris: & inflati compleuit murmure buxi.
 Perq; leues domitis inuicta leonibus anras
 Irrita sacrilega iactas incendia dextra
 Turne ait, eripiam nec me patiente cremabit
 Ignis edax nemorum partes & membra meorū.
 Intonuit dicente dea, tonitruq; secuti
 Cum saliente graues ceciderunt grandine nimbī.
 Aeraq; & tumidum subitis concursibus equor
 Aстреi turbant: & eunt in proelia fratres.

Magna pedis digitos pars occupat. hypallage
 est. magnam enim pedis partem a digitis fuisse
 occupatam intelligimus. Cornu. rostro. Finē
 q; in acumine ponunt. acutum habent rostrum.

Ex agmine. multitudine comitum. Huiusmodi
 autem aues Diomedæ a nomine ducis fuerunt
 appellatæ. Plausis alis. cum quodam strepitu
 motis. Dubiarum uolucrum. autum de quibus
 dubitat: an cygni sint: an alia a cygnis. Proxīa.
 simillima. nā Diomedæ aues oloribus sunt simi
 les. Hactenus oenides. diomides oenei nepos.

Venulus calydonia regna. diomedis calydonii.
 Nā calydo urbs ē ætolia. Puteolosq; sinus. pu
 teoli urbs ē Apulia: a multitudine puteorū dicta.

Messa pia arua. apula a messapo duce cogno
 minata. In quibus antra uides. pastoris cuiusdā
 apuli in oleastrum metamorphosin poeta expo
 nit. Nubila. obscura. est enim hoc loco apposi
 tum. Manantia. stillantia. Semicaper pan.
 deus est pastorum: qui a parte posteriori capro
 similis pingebatur. Mouit. commouit ad fugiē
 dum. Ad numerum. ad rhythmum & gestus
 rationem. Duxere choreas. tripudiarūt. Im
 probat. uituperat. Condidit. abscondit. Suc
 co. ex succo qui est amarus & asper. Notam. si
 gnum. Oleaster. oliua est syluestris. Cessit.
 transiit. Rutuli. populi fuerunt: quibus impe
 rauit Turnus. Hæc autem narrantur: ut cōmo
 dius nauium aeneæ transmutationē in nymphas
 inferere possit poeta. nam cum Turnus Rutulo
 rum rex ignem immisisset in classem troianorū
 mater deum eas naues: quæ in Ida mōte sibi di
 cato fabricatæ fuerant: comburi nō est passa. Ve
 rum in nymphas eas marinas commutauit. In
 pinea tecta. periphrasis est nauium: quæ ex pi
 neis tabulis conficiuntur. Mulciber. uulcanus.
 ignis. Inflati buxi. Tibiæ quæ ex buxo confici
 tur. Domitis leonibus. currus enim cybeless
 ut in superioribus scripsimus: a leonibus trahit̄.

Irrita. uana. Sacrilega dextra. hypallage est.
 ipse enim sacrilegus intelligitur. Aстреi turbāt.
 aстреi ueni auroræ & Aстреi gigantis filli.

Pastori
 olea/
 strum

Inuicta
 anras

aeneæ
 naues i
 nym/
 phas.

Stupea retinacula. periphraſis eſt orarum: id eſt funium: quibus naues ad terrā religantur. Robore mollito. duricie ligni molli facta. In corpora. in carnes. Carina ſubdita. Lignum ſuperpoſitum. nam caria proprie lignum eſt illud quo fundum nauis in duas diſtingui partes uidetur.

Lina. funes ex lino conſecti. Cærulſ color. niger. Durilſq; in mōtib; ortæ molle fretum. anthiteton elegans: quo maxime ſenſus exornatur. durum nāq; opponitur molli. Nec eas ſua tangit origo. hoc eſt nihil mouentur cupiditate ſuæ originis uidendæ. Nihil curant redire in mōtes: ubi ſunt ortæ. Naryciæ ratis. Sic quidē legitur: ut intelligatur nauis Aiæcis olei qui fuit narycius. Mihi uero magis Neritiæ uidetur legendum: ut de ulyſſis naufragio ſentire poetam intellegamus. Neritus enim mons eſt Ithacæ patriæ ulyſſis. unde neritius declinatur. Puppes alcinoui. alcinouis ulyſſem: quem naufragum hoſpitio ſuſceperat inſtructa nauē in Ithacam uehendum curauit: ſed nauis ipſa in ſcopulum qui eſt poſt phalacrium corcyre promontorium: ſimili ſpecie tranſfigurata fuiſſe a neptūo i. xiii. odyſſeæ ab homero narratur. Animata claſſe: trāſmutata claſſe in nymphas animam habentes.

Quod deorum eſt inſtar. ad ſimilitudinē deorum. nam animi ut dii ſunt immortales. hæc autē a poeta narratur: ut aptius ardeæ. urbis in aue metamorphoſin ſubiungat. nam Ardea patria fuit Turni: quā uictores troiani cum icenderent: forte autē ex incendio nunq̄ antea uiſa euolauit: quæ a nomine urbis ardea fuit appellata. Socer. latini regis. Viciffe. uictoriam: uerbum pro nomine poſitum eſt. Sic perſius. Scire tuum nihil ē. Deponēdi pudore. bella ſubaudiamus: uirūq; enim pudebat depōere bellum. Turnuſq; cadit. ab ænea interfectus. Barbarus enſis. troianus. Abſtulit. ſuſtulit. deleuit. Patuerūt. diſſoluta fuerunt. Congerie e media. e medio rogo. Præpes. auis. nam præpetes aues maiores dicuntur: quæ uolatu ſuo dant augurium.

Plauſis alis. concuſſis. Et ſonus. & uox tenuis & exilis. eſt autem polyſyndeton. Deplangitur. percutitur: ſuis penniſ. ſuis aliſ. Iāq; deos omnes. æneas cum ad ultimum ætatis ſuæ tempus ueniſſet: ſcibus ueneris omnium deorū cōſenſu in deum: quem latini idigetem appellarūt: fuit tranſmutatus. Ipſamq; iunonem. quæ ſemper ei fuerat aduerſata. Coercuit. coegit. Creſcentis Iuli. Iulus æneæ fuit filius: qui patri in regno latino ſucceſſit. Colloq; parentiſ circūfuſa ſui. hoc eſt collum Iouis patris ſui complexa.

Quāuis paruum. q̄cum uis paruum. In amabile regnum. inferorum regnum.

E quibus alma parens unius uiribus uſa
Stupea perrupit phrygiæ retinacula puppiſ:
Fertq; rates pronas: medioq; ſub equore mergit.
Robore mollito: lignoq; in corpora uerſo:
In capitum facies puppes mutantur adunca.

Indigitos a beunt & crura natantia remi.
Quodq; ſinus fuerat: latus eſt: mediūſq; carina
ſubdita nauigiūſ: ſpine mutatur in uſum.

Lina comæ molles. antennæ brachia fiunt.
Cæruſ ut fuerat color eſt: quaſq; ante timebāt:
Illas uirgineis exercent luſibus undas

Naiades equoreæ: durilſq; in montibus ortæ
Molle fretum celebrant. nec eas ſua tangit origo.

Non tamen oblitæ q̄ multa pericula ſepe
Pertulerint pelago: iactatiſ ſepe cariniſ
Suppoſuere manus: niſi ſi qua uehebat achiuoſ:

Cladiſ adhuc phrygiæ memores odeſ pelagoſ:
Neritiæq; ratiſ uiderunt fragmina lætiſ
Vultibus: & lætiſ uidere rigeſcere puppeſ

Vultibus alcinouiſ: ſaxumq; increſcere ligno.
Spes erat: in nymphas animata claſſe marinaſ
Poſſe metu monſtri rutulum deſiſtere bello.

Perſtat: habetq; deoſ pars utraq;: quodq; deoſ: e
Inſtar: habent animoſ: nec iam dotalia regna.

Nec ſceptrum ſoceri. nec te lauiniæ uirgo:
Sed uiciſſe petunt: deponendiq; pudore
Bella gerunt. tandemq; uenit uictoria nati

Arma uidet: turnuſq; cadit. cadit ardea turno
Soſpiti dicta potens: quā poſtq; barbaruſ enſiſ
Abſtulit: & tepida patuerunt tecta fauilla:

Congerie media tum primum cognita præpeſ
Subuolat: & cinereſ plauſiſ euerberat aliſ:
Et ſonoſ: & macieſ: & pallor: & omnia captam

Quæ deceant urbem: nomen quoq; manſit i illa
Urbis: & ipſa ſuiſ deplangitur ardea penniſ.

Iamq; deoſ omneſ ipſamq; æneia uirtuſ
Iunonem ueteres finire coercuit iras:
Cum bene fundatiſ opibuſ creſcentiſ iuliſ

Tempeſtiuſ erat celo cytheræiuſ heroſ:
Ambieratq; uenit ſuperoſ: colloq; parentiſ
Circūfuſa ſui. nunq̄ mihi dixerat ullo

Tempore dure pater: nunc ſiſ mitiſſimuſ opto.
Aeneæque meoſ: qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum: quū paruum deſ optime numen.

Nauis i
ſcopulū

Ardea
i auem

Aeneas
i deum

Immotos tenuit. Significat Iunonem quoque annuisse Ioui: ut æneas in deorum numerum admitteretur: qui enim annuit caput mouet. Tum pater. Iupiter. Is. æneas. Grates agit. gratias agit. in soluta dicimus oratione. Iunonis columbis. currus ueneris a columbis trahi fingitur. Numicius undis. numicus fluuius est latii: qui & numicius dicitur: in quem cum cecidisset æneas: neque inuentus esset: creditus est in deum indigetem fuisse commutatus. Serpit. lente labitur. Quæcunque obnoxia morti. quæcunque morti subiecta. Corniger. fluuius. omnes enim fluuii cum cornibus pingebantur. Restitit illi. remansit illi æneæ. anima namque immortalis æternitati fuit consecrata. Lustratum. purgatum. Ambrosia. immortalitas interpretatur. heri a autem esse fingitur: qua dii uescuntur. Cui dulci nectare. ut ambrosia pro deorum cibo ponitur: ita nectar pro corundem suauissima accipitur portione. Contigit. tetigit. Turba quirini. Populus romæus. Nuncupat indigetem. dii indigetes: quos græci heroes uocant ex mortali & deo nati putabantur. unde & Aeneam latini deum indigetem appellarunt. unde indigetare antiqui dicebant pro eo quod est inuocare. Macrobius. Namque uirgines uestales ita indigetant. Apollo medice. apollo pæan. Nuncupat. nuncupauit. appellauit. Inde sub ascanii binominis. ascanius quæ & iulus fuit appellatus æneæ in regno successit. Cui siluius: sic dicitur: quod in siluis sit natus. cui latinus. cui epitus. cui capis. cui Capetus. cui Tiberinus: qui in albula summerfus: nomen fluuii dedit. cui remulus. cui acrota: cui auentinus: qui colli nomen dedit: ibi sepultus. Cui Palatius sub quo rege pomona hortorum dea Vertuno deo: quæ se in uarias uertebat figuras: omnibus aliis spectis tandem nupsit. Varias autem uertumini metamorphosis poeta describit. Sub ditione. sub imperio. Ascanii binominis. duo nomina habentis. nam & ascanius & Iulus a prima Ianuæ: quæ ἰουλιος græce dicitur: fuit cognominatus. Alba resque latia fuit. albam urbem: quæ ab situ longa fuit denominata ab ascanio æneæ filio fuisse ædificatam: & ab alba sue illic triginta portos intra nominatam etiam pueri sciunt. Duæ sane fuerunt albæ. altera ad fucinum lacum. unde albenses declinantur. altera romæ uicina. unde albani. Res latina. imperium latinum. Ab illis. post illos. Thufci fluminis. periphrasis est albula: qui postea tiberis a tiberino Rege in illo submerso fuit appellatus. Maturior annis. maior natu. Imitator fulminis. cum enim uellet ut deri fulmina iaculari: a Ioue fulmine uero percussus est. Sceptrum. imperium. Positus. sepultus. Tribuitque uocabula monti. auentinus enim unus ex collibus Romæ urbis ab auentino Rege illic sepulto fuit cognominatus. quod Varro. alius quoque huius nominis origines tradat. Summa gentis. præstantissima. Pomona. dea fuit pomorum. Latinas inter amadryadas. nymphas. amadryades namque dicuntur nymphe: quæ

Dummodo des aliquod. satis est inamabile regnum
 Aspexisse semel. stygios semel isse per amnes.
 Assensere dei: nec coniunx regia uultus
 Immotos tenuit: placatoque annuit ore.
 Tum pater. est is ait caelesti numine dignus:
 Quæque petis: pro quoque peris: cape nata quod optas.
 Fatus erat. gaudet: gratesque agit illa parenti:
 Perque leues auras iunctis inuicta columbis
 Littus ad iclaurens: ubi tectus arundine serpit
 In freta flumineis uicina numicius undis.
 Hunc iubet æneæ quæcunque obnoxia morti
 Abluere: & tacito deferre sub æquora cursu.
 Corniger exequitur ueneris mandata: suisque
 Quicquid in ænea fuerat mortale repurgat:
 Et respergit aquis. pars optima restitit illi.
 Lustratum genitrix diuino corpus odore
 Vnxit: & ambrosia cum dulci nectare mixta
 Contigit os: fecitque deum: quem turba quirini
 Nuncupat indigetem: temploque arisque recepit.
 Inde sub ascanii ditione binominis alba
 Resque latina fuit. successit siluius illi:
 Quo satus antiquo tenuit repetita latinus
 Nomina cum sceptro. clarus sub icte latino
 Epitus ex illo. post hunc capitusque capisque.
 Sed capis ante fuit. regnum tiberinus ab illis
 Cepit: & in thufci demersus fluminis undis
 Nomina fecit aquæ: de quo remulusque feroxque
 Acrota sunt geniti. remulus maturior annis
 Fulmineo pericit imitator fulminis icte.
 Fratres suo sceptrum moderatior acrota forti
 Tradit auentino: qui quo regnarat eodem
 Monte iacet positus: tribuitque uocabula monti
 Iamque palatinus summe loca gentis habebat.
 Rege sub hoc pomona fuit: qua nulla latinas
 Inter amadryadas coluit sollertius hortos.
 Nec fuit arborei studiosior altera fetus:

una cum arboribus & oriuntur & occidunt. Unde etiam nomen sumpserunt. αἰα namque simul. Δρυς Δρυος dicitur quercus. Sollertius. diligentius.

Albani
 reges

Pomona

Vnde tenet nomen. Pomona enim a pomis nomen est consecuta. poma uero dicuntur omnes fructus qui cunq; ex arboribus nati esui sint apti: siue molli: siue duriore cortice tecti: quibus Mactobius atq; Seruius poma a nucibus distinguentes scribant nuces generaliter uocari: quae duriore cortice tegantur. poma uero quae molliore. Sed pomum generale nomen esse omnium fructuum quicunq; ex arboribus nascuntur: cum ex aliorum scriptorum: tum ex Ouidii uerbis aperte colligi potest. Non siluas illa. pomona inquit non amat siluas ut uenetur: non amnes ut piscatum eat. Felicia

poma. dulcia: non amara & aspera. Nec iaculo grauis est: nec dextra pomonae inquit iaculum gestat: sed falcem: quae luxuriantes ramos recidat.

Luxuriam. luxuriantes ramos. Premit. recidit. Brachia. ramos. Compescit. cohibet. Lignum. surculum alterius arboris. Alieno alumno. surculo ex alia arbore in aliam translato. Fibras. tenuiores suptilioresq; radices. Vim agrestium. uolendam rusticorum. Pomaria. loca arboribus frugiferis consista dicuntur: atq; pomorum repositoria. Satyri. dii sunt siluestres magnope saltu gaudentes. Panes. dii sunt pastorum cornuti.

Silenusq; suis. silenus bacchi fuit nutricius uoluptati maxime deditus. Satyri autem senes: ut scribit Pausanias: sileni uocantur. Quicunq; deus. periphraasis est priapi. Hos quoq; uertumnus. uertumnus deus est bene uertendarum rerum. hoc est. uendendarum atq; emendarum: a uertendo dictus: quod se in uarias uerteret formas ut ipse de se apud Propertium narrat. Opportuna mea est cunctis natura figuris. In quancunq; uoles uerte decorus ero. Inde uertumnalia dicta sunt: quae mense octobri in honorem uertumni celebrabatur: ut auctor est Varro. Vertumnus autem Romae in uico thurario sacellum habuit: ut Pædianus Porphyrioq; scribunt. Neq; erat felicius illis. nam eum quoq; pomona aspernabatur. Duri messoris. asperi ac laborum patientis. messor autem est qui frumenta metit ac secat. Defectum gramen. periphraasis est sceni: per quod significat uertumnus foenisecae figuram aliquam suscepisse. Varias autem uertumni metamorphosis poeta describit. Saepe manu stimulos. saepe numero inquit in bubulchum uertumnus commutabatur: ut Pomona potiri posset. Frondator erat. frondator dicitur frondium putator.

Induerat scalas. sumpterat. si autem coniunctio subaudiatur. Lecturum. collecturum. Redimitus tempora. circumdata habes tempora. Tantoq; pitior inquit. quanto cultiores habes hortos subintelligamus. Intemerate. iuiolate. Qualia nunquam. facete haec a poeta inferuntur: lasciuiora que ait fuisse uertumni oscula: quae a uera uertula unquam dari potuissent. Pandos. curuos. Autumni pondere. hoc est pomis. Contra. e regione. Probauit. commendauit & approbavit. At si stare ait caelebs. his similitudinibus uultu persuadere pomonae uertumnus ut nubatur: cum plerumque a multis petatur. Caelebs. sine coniuge. uites. nam sic ulmos amplectuntur. ut uxores uiros. Caelebs enim dicunt qui sine coniuge uiuunt: quasi caelestem uitam agentes. Sine palmitibus. sine uitis. Nam palmites uitium rami dicuntur uas ferentes.

Vnde tenet nomen. non siluas illa nec amnes.

Rus amat: & ramos felicia poma ferentes.

Nec iaculo grauis est. sed adunca dextera falces

Qua modo luxuriam premit: & spatiantia passim

Brachia compescit. fissa modo cortice lignum

Inferit: & succos alieno praestat alumno.

Nec sentire sitim patitur: bibuleq; recuruas

Radices fibras labentibus irrigat undis. (do est)

Hic amor. hoc studium. ueneris quoq; nulla cupi-

Vim tamen agrestum metuens pomaria claudit

Intus: & accessus prohibet refugitq; uiriles.

Quid non & satyri saltatibus apta iuuentus

Fecere: & pinu praecincti cornua panes?

Silenusq; suis semper iuuenior annis?

Quicunq; deus fures uel falce uel inguine terret:

Ut potirentur ea: sed enim superabat amando.

Hos quoq; uertumnus. neq; erat felicius illis.

O quotiens habitu duri messoris aristas

Corbe tulit: uerique fuit messoris imago.

Tempora saepe gerens foeno religata recentis:

Defectum poterat gramen uersare uideri.

Saepe manu stimulos rigida portabat: ut illum

Iurasses fessos modo disiunxisse iuuenos.

Falce data frondator erat: uitisq; putator.

Induerat scalas: lecturum poma putares.

Miles erat gladio. piscator arundine sumpta.

Denique per multas aditum sibi saepe figuras

Repperit: ut caperet spectatae gaudia formae:

Ille etiam picta redimitus tempora mitra

Innitens baculo positus per tempora canis

Assimulauit anum: cultosq; intrauit in hortos:

Pomaeq; mirata est. tantoq; peritior inquit

Oibus es nymphis: quas continet albula ripis.

Saluae uirginis flos intemerate pudoris.

Paucaeque laudatae dedit oscula: qualia nunquam

Vera dedisset anus: glebaq; incurua resedit

Suspiciens pandos autumnum pondere ramos.

Ulmus erat contra speciosanitentibus uuis:

Quam socia postquam pariter cum uite probauit:

At si stare ait caelebs sine palmitibus truncus:

Vertū
nus in
uarias fi
guras

Nil præter frondes quare peteretur: haberet.
 Hæc quoq; quæ iuncta est uitis: requiescit i ulmo.
 Si non iuncta foret: terræ acclinata iaceret.
 Tutamen exêplo non tangeris arboris huius.
 Concubitusq; fugis: nec te coniungere curas.
 Atq; utinã uelles. helenæ non pluribus esset
 Sollicitata procis. nec quæ lapitheia mouit
 Prælia. nec cõiunx timidi aut audacis ulyssi.
 Nunc quoq; cū fugias auerferisq; petentes:
 Mille uiri cupiunt: & semideiq; deiq;
 Et quæcunq; tenent albanos numina montes.
 Sed tu si sapiens. si te bene iungere: anumq;
 Hanc audire uoles: quæ te plus omnibus illis.
 Plusq; credis amo: uulgares reiice tædas.
 Vertūnumq; tori sociū tibi delige: pro quo.
 Me quoq; pignus habe. neq; n. sibi notior ille est
 Quã mihi. nec toto passim uagus erat in orbe.
 Hæc loca magna colit. nec uti ps magna pcorū
 Quã mō uidit: amat. tu primus & ultimus illi
 Ardor eris. soliq; suos tibi deuouet annos.
 Adde quod est iuuenis. quod naturale decoris
 Munus habet. formasq; apte fingetur i omnes.
 Et quod erit iussus: iubeas licet omnia: fiet.
 Quid? q; amatis idē? qd? quæ tibi poma colūtur
 Primus habet: lætaq; tenet tua munera dextra:
 Sed neq; iam foetus desiderat arbore demptos:
 Nec quas hortus alit cū succis mitibus herbas:
 Nec quicq; nisi te. miserere ardentis: & ipsum:
 Quod pit: ore meo præsentem. crede precari.
 Ut roresq; deos: & pectora dura perosam
 Idaliã memorã que time rhamnufidis iram.
 Quoq; magis caueas & n. mihi multa uetustas
 Scire dedit referam tota notissima cypro.
 Facta: quibus flecti facile & mitescere possis.
 Viderat a ueteris generosam sanguine teucrici
 Iphis anaxareten humili de stirpe creatus
 Viderat: & totis perceperat ossibus ignes:
 Luctatusq; diu postq; ratione furorem
 Vincere non potuit: supplex ad limina uenit.
 Et modo nutrici miseræ confessus amorem:
 Ne sibi dura foret: per spes orauit alūnæ.
 Et modo de multis alicui blãditus amicis
 Sollicita petiit perpèsū uoce fauorem:
 Sæpe ferenda dedit blãdis sua uerba tabellis.
 Interdum madidas lachrymarq; rore coronas

Peteret. expeteret. Nō tãgeris. non moue
 ris. Helenæ nō pluribus eet. helenæ pulchri
 tudo notior ē q̄ ut hoc loco sit cõmemoran
 da. Sollicitata. uexata. Nec q̄ lapitheia mo
 uit. hippodamiã dicit: cuius pulchritudie bel
 lū fuit excitatū inter lapithas & cetauros: ut i
 xii. copiose narrat. Lapithæ autē populi fue
 rūt Thessaliæ a Lapitho Periphantis filio co
 gnoati. Nec cõiunx timidi audacis ulyssi.
 Timidi i pugna. Audacis i struēdis iudiciis.
 Penelope uero ulyssis uxor formosissima fuit
 se scribit: & a q̄ plurimis pcis amata. Aufer
 feris. asperis. Hanc autē. seipsū ondit cū q̄
 dam grauitate Vertūnus. Vulgares tædas.
 Nuptias p̄ synecochē. A pte nãq; totū itelli
 gimus. Facēs nãq; ex teta arbor cõfectæ no
 uã nuptiã pferebãt. Procoq; amatorū qb̄
 nihil ē icõstãtius. p̄ci autē a p̄cãdo: hoc ē a pe
 tēdo dictū: q̄ mulieres i m̄rimoniū petunt. uñ
 & p̄ces a nimiū petēdo meretrices dicūt:
 Deuouet. dedicat. destinat. Sanē deuouere
 hoc loco i bonã accipit pte. alibi i malã. Ver
 gilius. Præcipue infelix pesti deuota futuræ.
 Decoris. pulchritudis. Finget. formabit
 trãfigurabit. Prius hēt. primitiã. n. frugum
 Vertūno dicabãt. ut ipse apd̄ ppertii cõme
 morãs eãs cur uertūnus dicat ait. Seu q̄a uer
 tētis fructū p̄cepimō añi. Vertūni rursus cre
 didit eē sacrum. prima mihi uariat liuētibo uua
 racemis. & coma lactentis picea fruge tumet
 hic dulces cerasos. hic autūnalialia prua cernis
 & æstiuo mōra rubei die. isitor hic soluit po
 mōsa uota corōa. Cū pirus iuito stipite mala
 tulit. Cū succis mitibus. dulcibus suauibus.
 Miserere ardetis. Ardēter te amãtis. Idali
 am. uenerē ab idalio cypro nemore dictam.
 Rhamnufidis irã. Rhanufis q̄ & Rhanufia
 d̄. pro nemesi ponit: q̄ dea ulciscit supbos: a
 Rhanūte Atticæ populo. ubi maxie colebat
 tur: denoiata: cuius qdē i capitolio sacellum
 est: quãuis noiē careat Romano: ut ply. scri
 Vetustas. senectus. Senes nãq; iccirco pru
 dētiores uidētur: q̄a multaq; rez peritiã ha
 bēt. Multa scire dedit. multaq; rez peritiã
 mihi tribuit. est enī uerbū p̄ noiē positū. q̄le
 ē illud persii. Scire tuū nihil ē. Viderat a ue
 teris. iphis cyprus anaxeretes puellæ amof
 captus cū nullis p̄cib̄ ea posset potiri. uitã fi
 nire decreuit. Ad ianuã igit̄ amata cū se su
 spēdisset: maxio merore matrē affecit. cū ue
 ro i funus efferret̄ Anaxarete ad fenestrã ac
 cedēs: ut idē exegas sp̄reti iuuenis spectaret:
 i saxū fuit cõmutata. Veteris teucrici. De teu
 cro telamōis filio itelligamus: q̄ post mortē
 aiacis a p̄re domo pulsus salamiã i cypro cõ
 didit. Miseræ amorē. eã. n. a q̄ nō amabatur
 amabat. Sollicita uoce. pl̄ q̄ diligēti orone.
 Perpèsū fauorē. ipēsū & magnū. ac diligen
 ter aiaduersū. Ea at oia describit Ouidius q̄
 b̄o amatores utuntur: ut puellis amatis potiri

Anaxa
 rete i sa
 xum

possint. Intendit, alligauit. Posuitq; in limine duro molle latus. Antithetō est. Durum nāq; oppōitur molli. Iphim autem sapenunero in limine ianua Anaxarates iacuisse ait. Coniucia fecit. Male dixit. Seræ, q; ianua clausa tenebat. Sauior illa freto surgente. Quod in tempestate excitatur. Cadētibus austris. Flare desinentibus. Tunc n. scūssimī sunt. Noricus ignis. Norici. populi sunt alpini ferro abundantes. Quod adhuc uiuū radice tenetur. hoc est quod nondū e terra e effossum. Saxa enim nondum a sua radice auulsa & uiua dicūt & duriora sunt. Spnit & irridet Anaxarete iphis humilitatem con temnens illius querelas irridet. Factis imiti bus. Asperis crudelibus. Illum nāq; a ianua fortasse depulit. Et spe quoq; fraudat aman tem. ac etiam spe potiūdi re amata priuat amantem: quod crudele admodum uidetur. Fraudat. priuat. Et pæana uoca. hoc est uo cibus laticiaē utere q̄libus uoti cōpotes gau dia sua exprimere solēt: ut alibi Ouidius Di cite io pæan io pæan dicite pæan. Pæan ue ro hymnus quoq; est in apollinem: qui a tri umphantibus canebatur. Incingere. Coro nare inquit uiridi lauro. id quod triūphantes solent. Ferrea. dura atq; crudelis. Certe ali quid laudare mei cogere. hoc est. Id saltē co geris laudare: quod mihi ipse mortem con sciui: ut tibi rem gratam facerem. Curam tui. Amorem quo te prosequor. Excessisse a me subauditur. Gemina luce. & uita mea & te q̄ mihi altera lux es. Crudelia lumina. crudeles oculos. Humentes. lachrymantes. Hæc tibi ferta placent. huiusmodi iquit co ronæ tibi sunt gratæ: Vt laqueo collum inse ram. hæc aut cum maxima Anaxaretes inui dia dicuntur. Inseruitq; caput. Laqueo sub intelligatur. Elisa fauce. Cōpressa ceruice. Ista. percussa. Famuli. Anaxaretes. Fru straq; leuatū. Alleuatum. iam enim mortuus erat. Nā pater. iphidis subaudiat. Funera ducebat. ducēdas ac celebrādas exequias cu rabat. Lurida. Nigra: qualia sunt mortuog; mēbra. Portabat. portanda curabat. Arsu ro feretro. capulo cōburendo. Feretrū enī una cum caduere comburebatur. Quam iam deus ultor agebat: Quam iam nemesis superbix ultrix persequabatur. Tectum. cu biculū. Iniit. intrauit. Vixq; bene impo sitū lecto. ordo est. Vix bene Anaxarete pro spexerat Iphim lecto & feretro impositum: cum illius oculi diriguere. Diriguere oculi cum subaudiendum: ut itelligatur cum oculi rigidi sunt facti. Hæsit. affixa est. Saxum. sa xi dirucis q̄ paulo āte in pectore illius erat. Salanis. q̄ salami dicitur. insula est cum ur be eiusdem nominis: & urbs in cypro a teu cro Telamonis filio ædificata. Veneris. p/ spicientis. uentus prospiciens dicta ur: quod uirginum superbiam amatores contemnen

Postibus intendit: posuitq; in limine duro
Molle latus: tristisque seræ cōiucia fecit:
Sauior illa freto surgente. cadentibus austris.
Durior & ferro: quod noricus excoquit ignis:
Et saxo: quod adhuc uiuum radice tenetur:
Spernit: & irridet: factisq; imitibus addit:
Verba supba ferox: & spe quoq; fraudat amantē.
Nō tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis: & ante fores hæc uerba nouissima dixit.
Vincis anaxarete: neque erūt tibi tadia tandem
Vlla ferenda mei. lætos molire triumphos:
Et pæana uoca: nitidaque incingere lauro.
Vincis enim: moriorq; libens. age ferrea gaude.
Certe aliquid laudare mei cogere: eritque
Quo tibi sim gratus: meritūq; fatebere nostrū.
Nō tamen ante tui curam excessisse memento:
Quā uita: geminaq; simul mihi luce carēdū est.
Nec tibi fama mei uetura est nuncia leti.
Ipse ego: ne dubites adero præsensq; uidebor:
Corpore ut exanimi crudeli lumina pascas.
Sitamen o superi mortalia facta uideris:
Este mei memores. nihil ultra lingua precari
Sustinet: & longo facite ut narremur in aruo:
Et quæ dempsistis uitæ: date tempora famæ.
Dixit: & ad postes ornatos saepe coronis
Humentes oculos & pallida brachia tollens
Cū foribus laquei religaret uincula sūmis:
Hæc tibi ferta placent crudelis & impia dixit:
Inseruitq; caput. sed tū quoq; uersus ad illam:
Atq; onus infelix elisa fauce pependit.
Ista pedum motu trepidatum & multa timentū
Visa dedisse sonum est: ad aperta q; ianua factum
Prodidit. exclamant famuli: frustra q; leuatum:
Nā pater occiderat referūt ad limina matris.
Accipit illa sinu: cōplexaq; frigida nati
Membra sui. postq; miseræ uerba parentu
Edidit: & matrū miserarū facta peregit:
Funera ducebat mediā lachrymosa per urbem.
Luridaq; arfuro portabat membra feretro.
Forte uix uicina domus: qua flebilis ibat
pōpa fuit: duræque sonus plāgoris ad aures.
Venit anaxaretes: quā iam deus ultor agebat.
Mota tamen. uideamus ait miserabile funus.
Et patulis iniit tectum sublime fenestris.
Vixque bene ipositū lecto prospexerat iphim.

Dirigere oculi: calidusque in corpore sanguis.
 Inducto pallore fugit: conataque retro
 Ferre pedes hæsit: conata auertere uultus:
 Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus:
 Quod fuit in duro iapidem pectore saxum.
 Ne ue ea ficta putes: dominae sub imagine signi
 Seruat adhuc salamis. ueneris quoque noie templi
 Prospicientis habet: quoque memoro me lentos
 Pone precor fastus: & amanti iugere nymphe.
 Sic tibi nec uernum nascens frigus adurat
 poma. nec excutiant rapidi florentia uenti.
 Hec ubinequicquam formas deus aptus in omnes
 Edidit: in iuuenem rediit: & anilia demit
 Instrumenta sibi: talisque apparuit illi.
 Qualis ubi oppositas nitidissima solis imago
 Euicit nubes: nullaque ohstante reluxit.
 Vimque parat. sed ui non est opus. inque figura
 Capta dei nympha est: & mutua uulnera sensit.
 Proximus a uonias iniusti miles amuli
 Rexit opes: numitorque senex amissa nepotum
 Munere regna capit: festisque palilibus urbis
 Moenia conduntur. tatius patresque sabini
 Bella gerunt: arcisque uia tarpeia reclusa
 Dignam animam poena cogestis exiit armis:
 Inde sati curibus tacitoque more luporum
 Ore premunt uoces: & corpora uicta sopore
 Inuadunt: portasque petunt: quas obice firmo
 Clauserat iliades. unam tamen ipsa reclusit:
 Ne strepitum uerso saturnia cardine fecit:
 Sola uenus portae cecidisse repagula sensit.
 Et clausura fuit. nisi que rescindere nunquam
 Diis licet: acta deum iano loca iuncta tenebant
 Naiades auloniam gelido rorantia fonte.
 Has rogat auxilium. nec nymphae iusta petente
 Substituere deam: uenasque & flumina fontis
 Elieueri sui. nodum tamen inuia iani
 Ora patetis erant: nec iter pracluserat unda:
 Lirida supponunt foecundo sulfura fontis:
 Incenduntque cauas fumante bitumine uenas:
 Viribus his aliisque uapor penetravit ad ima
 Fontis: & alpino modo quae certare rigori
 Audebatis aquae: non ceditis ignibus ipsis:
 Flamifera gemini fumant aspergine postes:

calidas. Nam in ipso plie cum fugerent romani caturire capunt: pibus Romuli aq calidae scaturire coepe-
 runt: quibus sabini prohibiti sunt ulterius Romanos psequi. Poeta uero pibus ueneris id factum fuisse ait. Iani
 ni patetis. Apta Nam iani templum aptum significabat urbem bello implicitam esse. clausum uero pace gaudere. Lirida sul-

tum. Venus pspiciens: prospiceret atque uide-
 ret. Omea nymphae. blanda est ac familia-
 ris appellatio. Nymphae at cum sit uocandi
 casus: sine diphthongo scribatur. Lentos fa-
 stus Diurnam superbiam. Sic tibi. optan-
 tis est aduerbiu hoc loco illud sic. In iuuenem
 in iuuenile figuram. Qualis ubi oppositas.
 Quae pulcher esset uertunus anili habitu de-
 posito apta similitudine ondit poeta. Inq si-
 gura capta dei nympha est. Sic quidem legitur
 sed namque loco illius inq ut reponat. sensus
 exposcit. Exponit enim poeta curui opus non
 fuerit. Nam pomona forma uertuni capta fa-
 cile ei more gessit. Hanc uero emendationem
 nostram inepti quidam scalfornie reprehendunt
 ut uersum perturbantem. Sic. n. aut syl-
 laba breuis natura produceretur. Quasi ue-
 ro hoc & ipsi non uiderimus: ac non illud se-
 cuti sumus: quod non solum a faromaticis: sed a
 Fabio quoque Quintiliano praecipitur. Iliam
 sepenumero in metro excludi. Qui quidem
 modo nulla uis carmine affertur. Sed de hoc
 quoque alibi plura. Et mutua uulnera sensit.
 Nam & ipsa uertuni amore coepit ardere.
 Proximus a uonias. Amulius & Numitor
 fratres fuerunt: quae cum ea conditione a pre-
 regnum Albanorum accepissent: ut alternis annis re-
 gnaret: Amulius semel occupatum imperium fra-
 tris reddere nunquam aium inducere potuit. Sed Ro-
 mulus & Remus ex filia numitoris a marte
 copressa nati: & amulum iter fecerunt: & re-
 gnum auro restituerunt. Ipsi uero urbem romam aedi-
 ficarunt: ubi cum Romulus oia coposuisse. iaque
 senior esset effectus martis pibus in deo-
 numque fuit traslatus. Iniusti amuli: fratre
 .n. contra ius & fas regno fraudauit. Festis.
 palilibus. palilia festa erant: quae honorem palis
 pastorum deae celebrabant: quibus Roma a Ro-
 mulo & Remo condita fuisse dicitur: quae dies a pri-
 scis romanis maxime celebrabatur. Tatius
 praefectus sabini bella gerunt. propter raptum sabina-
 rum. Nota est autem historia. Arcisque uia tarpeia re-
 clusa. ordo est & sensus. Et tarpeia uirgo exiit
 atque deposuit aiam poena dignam armis &
 scutis in eam cogestis post reclusam & aptam arcis
 uiam. Notior est autem haec historia quam ut hoc loco
 sit pluribus repetenda. Tarpeius autem mons est
 qui postea capitolinus fuit dictus. In bello autem
 sabino Tarpeia Tarpeii: quae arci praesidebat: filia
 sabinorum ornamentis: quae in sinistris gestabat: cap-
 ta hostibus perdidit arcem: quae pacti essent se da-
 tutos id quod in sinistris gestabat: in eam scuta con-
 iecerunt: quo & fide data seruarent. & perditri-
 ce uulscerentur. Sati curibus. Sabini. Nam
 cures sabinorum urbs est. Ore premunt uoces. Si-
 let. Et corpora uicta sopore. Romanos sono
 oppressos. Iliades. Romulus iliade filius. Iani
 non loca iuncta tenebant. Templo iani. De-
 scribit autem poeta mutationem aquarum frigidarum in

Aquae
 frigidae
 in cali-
 das.

t h
 h i n f
 m s

quod lividum colore & pallidum efficiunt. Fumate bitumie. Ardete. Bitumē vero gñs ē picis. facillime ignes contrahētis. Certar alpino rigori. Cōtēdere cum alpium frigore quod ē uehementissimū. est autē cōstructio græca. Certo naq̄ tecum non tibi latine dicimus. Rigidis sabinis. Seueris. Præstructa. obstrucla. opturata.

Martius miles. Romanus. A Marte naq̄ per Romulum originem ducunt Romani. Strata ē. coopta fuit. Generiq̄ cruorem. Romani. n. sabinorum filias uxores acceperunt. Pace tñ sisti bellum. Interuentu Sabinorum bellum illud fuisse sublatum notius est. ut sit exponendum. Tatiumq̄ accedere regno. Nam inter reliquas pacis conditiones hoc etiam placuit. ut Tatius una cum Romulo æqua p̄tate paribusq̄ honoribus regnaret. Occiderat tatiū. de morte tatiū. qui annis quinq̄ cū Romulo impauit. & T. Lilius & Dionysius Halycarnasens copiose scribunt. Lavinii fuit interfectus a proximis legatorum. qui ad res repetendas missi non solum sua a Tatio non impetrarunt. sed a sabinis quibusdam inuito Romulo contra ius & fas perempti fuerūt.

Aequata. æqualia facta. Tēpus adest solvere. figura ē græca. nā soluēdi in soluta ofone diceretur. Fundamine magno. firmo fundamento. Res romana. imperium romanū. Et præside pendet ab uno. Et unius præsidis & regis nutu regitur atq̄ gubernatur. Dignosq̄ nepoti. Romulo. Imponere cælo. in numerum deorū referre. Nam memoro. in memoria habeo. Alias memorare significat narrare. Est autē parenthesis Ordo nāq̄ est.

Tu mihi quondam & olim dixisti concilio deorū. præsentē. unus erit Romulus. quem tu o mars tolles & extolles in sidera celi. Et nubibus aera cæcis. Hoc ex historia sumptū est. Nam Romulus ut narrat. T. Lilius cum ad exercitum recēdendi concionem i campo ad capræ plaudem haberet subito coorta tēpesta cum magno fragore tonitribusq̄ ita deſo regē operuit nimbo ut cōspectum eius concioni abstulerit. nec deide in terris romulus fuit uisus. creditus est autem a patribus. ppter morum asperitatē fuisse discreptus. sed plebi p̄sulerūt ip̄m in sidera fuisse trāslatū.

Promissæ rapinæ. rapiēdi romuli e terris i cælum. Sensit. cognouit. Verberis flagelli quo equi uerberantur. Nemorosi palati. nemoribus obſiti. palatiū at unus est ex collibus romanis. imperatorum sede clarissimus quod nunc uulgus palatium maius uocat. Non regia iura. regi nō cōueniētia. de litibus. n. priuatoꝝ iudicabat. Suis quiriti. Suis rōanis. Intabescere. liq̄scere atq̄ cōsumi. Et puluinaribus altis. Sedibus atq̄ altaribus. excelsis. puluiniaria naq̄ lecti dñr q̄i deorū tēplis sternebantur. Trabeati. trabea iduti. Nā romulus dū uiueret. trabea ueste utebat. Trabeaz. at genera stria. ut scri. Suetonius i libro de generibus. unū quod dñs sacrat. quod totū ē purpureū. alterū ē regū quod quod ē purpureū. sed alio infectum. Tertiu ē augurale de purpura & cocco mixtū. Limite curuo. Arcum dicitur quē iris decurrer dñ. Herſilia. at romuli uxor is metamorphosin exponit poeta. nā & ipsa idēa noie orā fuit cōuersa. Nūc ēe quiri. q̄i deorū nūmer. trāslatus ē. Siste tuos fletus. hoc ē. Tuis fletibus sine ipone. Pete lucū. Va

Romulus in deum

sup A
sbgrā
suo ni
zab

Herſilia i deam

Portaq̄ nequicq̄ rigidis promissa sabinis
Fonte fuit præstructa nouo: dū martius arma
Indueret miles. quæ postq̄ romulus ultro.
Obtulit: & strata est tellus romana sabinis
Corporibus: strata estq̄ suis: generiq̄ cruorem
Sanguine cōsocerī permiscuit impius ensis:
Pace tamen sisti bellum: nec in ultima ferro
Decertare placet: tatiūq̄ accedere regno.
Occiderat tatiū: populisq̄ æquata duobus
Romule iura dabas: posita cum castide maioris
Talibus affatur diuūq̄ hominūque parentem.
Tempus adest genitor: quonia fudamine magno
Res romana ualet: & præside pendet ab uno.
Præmia iam promissa mihi dignosq̄ nepoti
Soluere. & ablatū terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præsentē deorum
Nā memoro: memoriq̄ aio pia uerba notau
Vnus erit: quē tu tolles in sidera celi
Dixisti. rata sit uerborum summa tuorum.
Annuit omnipotens: & nubibus aera cæcis
Occuluit: tonitruq̄ & fulgure terruit orbem.
Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ:
Innixusque hastæ pressos temone cruento
Impauidus concēdit equos graditus: & ictu
Verberis increpuit: pronūq̄ per aera lapsus
Constitit in summo nemorosi colle palati:
Reddentemq̄ suo non regia iura quiriti
Abstulit iliaden. corpus mortale per auras
Dilapsum tenues: ut lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere cælo.
Pulchra subit facies: & puluinaribus altis
Dignior est. q̄ sit trabeati forma quirini.
Flebat ut amissum cōiunx: cum regia iuno
Irim ad herſiliam descendere limite curuo
Imperat: & uacua sua sic mandata referte:
O & de latio. o & de gente sabina
Præcipuum matrona decus: dignissima tantū
Ante fuisse unū coniunx: nunc esse quirini:
Siste tuos fletus: & si tibi cura uidendi
Coniugis est: duce me lucum pete: colle quirino

de ad lucū. Colle quirino. q̄ a grino quirinalis fuit cognomiatus. Romani regis. Romuli q̄ post mortē q̄
rinus fuit appellatus. Per arcus pictos. p̄ arcus uariis coloribus distinctos. Et liquet. Cōstat. Offer. ostēde
Ora. faciē figurā. Cælū accepisse uidebor. Felix mihi eē uidebor. Cū uirgine thamantea. Cū iride tha-
mantis filia. Romuleos colles. Quirinalē collem. Cessit. Recessit. In auras. in aerem. Notis. Amicis
Romanæ conditor urbis. Rpmulus. Et priscū pariter: Nā corpus ex mortali effectum est imortale. & p̄
Hersilia ora fuit cognomiata. Quæ nunc dea iuncta quirino est. Nam ora in templo Romuli colebat ur.

Qui uiret: & templū romani regis obumbrat.
Paret: & in terram pictos delapsa per arcus
Hersiliam iussis cōpellat uocibus iris.
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu.
Odea nāq̄ mihi nec quæ sis dicere promptū est:
Et liquet esse deam duc o duc inquit & offer
Coniugis ora mihi: quæ si modo posse uidere
Fata semel dederint: cælum accepisse uidebor;
Nec mora. romuleos cum uirgine thaumantea
Ingreditur colles. ibi sidus ab æthere lapsum
Decidit in terras: a cuius lumine flagrans
Hærsiliæ crinis cum sidere cessit in auras.
Hanc manibus notis romanæ conditor urbis
Excipit: & priscum pariter cū corpore nomen
Mutat: oraq̄ uocat. quæ nūc dea iūcta grino est.
P. Ouidii nasonis metamorphoseos liber .xy.

Raphaelis Regii in quintumdecimū meta
morphoseos Ouidii librum enarrationes.

Variis interea. Quo cōmodius
& librū libro & metamorphosin
metamorphosi cōiugat poeta. eo
rum sequitur opinionem: qui sen-
tiunt Numam Pōpiliū in magnam grāciā
iuisse: ut pythagoricis dogmatibus instrueret
Quam quidem opinionem Lilius complu-
ribus refellit argumentis sed hoc potissimū:
quod Pythagoras tpe numæ non fuit. Tan-
tæ molis. Tanti iperij per translationem Tā-
to regi. quantus fuit Romulus. Clarum nu-
mā. Nobilem. sua iusticia atq̄ itegritate no-
tum. Numa. n. Pōpilius curibus in sabinis or-
tus uir inclita iusticia & religione: cōsultissi-
musq̄ ut in illa quisq̄ ætate esse poterat om-
nis diuini atq̄ humani iuris: uisus est senatui
populoq̄ romanoq̄ dignus: qui romulo in
regno succederet. Ritus. mores. Requirit
inquiri. scrutatur. Huius amor curæ. Cupi-
piditas perdiscenda rerū naturæ. Curibusq̄
sabinis. Cures ut Numa Pompilius ad Pytha-
goram Strabo narrat opulentissima fuit sa-
binorum urbs: ex qua euocati sunt. T. Tati-
us & numa pōpilius reges. Vnde Romani
Quirites fuere cognominati. sic. n. ab iis ap-
pellantur: qui conciones ad populum habet.
Penetraret. Cum difficultate iret. per uari-
os namq̄ populos illum transire oportuit.
Herculei hospitis. Crotonis. Nam croton
redeuntem ex Hispania Herculem cum Ge-
rionis armentis hospitio suscepit. a quo etiā
didicit futurum tempus: quo illic ciuitas in-
signis nomie illius cōderetur: qd̄ & uerū fuit
Nam Micylus quidā alemonis filius in sōnis
ab hercule est admōitus. ut p̄sia relicta. Ar-
golicus namq̄ erat. se cōferret ad æseris flu-
uii hostia: ibiq̄ urbem ædificaret. Is cum sar-
cinulas colligere coepisset reus est factus qd̄
contra leges cōmigrare uellet Mors. n. illi p̄
posita erat: qui patriam deserere temptasset
cum uero ferenda snia foret: & aut suffragi-
is nigris cōdēnādu: aut albis absolendus: si
ibi timēs Hercule: cui paruerat: rogauit: ut si-
bi auxilio eēt. Statq̄ calculi oēs ex nigris fa-
cti sunt albi. q̄re absolutus micylus i loco sibi
ab hercule mōstrato urbē ædificauit: quā de
noie crotois ibi sepulti Crotonē appellauit
Non inscius Aeuī ueteris. priscagē historia-
rum peritus. Ioue natus. Hercules. Bobus
hiberis hispanis. Geryone iterfecto abactis.
hiberia nāq̄ ē hispania ab hiberō fluuiō co-
gnoiata. Littora lacinia. laciniiū p̄montoriū

Varietur interea quis
tantæ pōdera molis
Sustineat tantoq̄ quæ
at succedere regi.
Destinat imperio clarū
prænuncia ueri
Fama numā nō ille sa-
tis cognosse sabinæ
mitis. per totum orbem terrarum suum opus lectum tri colligit: cum illo tempore totus orbis augusto pate-

ret. Vatum præfagia. Poetarum diuinationes.

Abolere. Delere. Ad nihilum redigere. Cum uolet illa dies. De morte se nihil curare ait: quando suum & opus & nomen immortale sit futurum. Parte tamen meliore mei. Ingenio quo nihil melius contingere homini potest. Nam ut cicero in Bruto scribit. Hominis decus est ingenium. Ingenii uero ipsius eloquentia. Perennis. immortalis ac per omnes annos duraturus. Indelebile. Incorruptibile. Immortale. Quæq; patet do-

mitis. per totum orbem terrarum suum opus lectum tri colligit: cum illo tempore totus orbis augusto pate-

Et cum cæsarea tu phœbe domestice uesta:

Quicq; tenes altus tarpeias iupiter arces:

Quosq; alios uati fas appellare piump; est:

Tarda sit illa dies: & nostro serior æuo:

Quæ caput augustum: quæ tẽperat: orbe relicto

Accedat cælo: faueatq; precantibus absens

i Amq; opus exegi: quod nec iouis ira: nec ignes:

Nec poterit ferrũ. nec edax abolerẽ uetustas.

Cum uolet illa dies: quæ nil nisi corporis huius

lus habet: incerti spatium mihi finiat æui.

Parte tamen meliore mei super alta perennis

Astra ferar: nomenq; erit indelebile nostrum:

Quæq; patet domitis romana potentia terris:

Ore legar populi: perq; omnia sæcula fama:

Si quid habent ueri uatum præfagia: uiuam.

P. Ouidii Nasonis Metamorpho- seos finis.

Raphaelis Regii Enarrationum in Ouidii metamorphosin Finit.

Raphaelis Regii reprehensio quorundam ex foedissimis erroribus quibus ultimus quaternio primæ editionis fuit inquinatus.

Visquis ille fuit: qui nulla humanitatis habita ratione tam improbe in mea inuasit suaq; falce obtusa & rubigine confecta meã segetem succidere conatus est: neq; boni neq; docti uiri officio est functus.

Quã uero sit scribendi peritus ex prima statim ipsius expositione facile unicuiq; uel mediocriter docto liquere potest. Ab hoc namq; uersu initium sumit. Oraq; uenturis aperire recentia factis. Tages inquit ut scribit Cicero libro de diuinatione: puerili specia fuit cœpitq; affari aratorem. Ille territus clamans consciule totam et uiam quæ uno conuentu Tagem loquentem audiuit. Sermo autem fuit exceptus & scriptus libris etruscorum habitusq; est pro aruspicina. Inde. n. aruspicina sumpsit artem & principium. Lucanus. Sed conditor artis finxit ista Tages. Plinius tamẽ nõ Tagen. Sed delphon fuisse scribit. Tot essent in hac prima isti

us imperiti expositione annotanda: Vt unde potissimum principium sumam ignorem. sed cum uel lecta solã pulcherrime artificem prodat: paucis admodum ero contentus: Illudq; omitam quod hanc de Tage historiam mihi paulo ante ubi poeta illam describere cœpit: perspicue enarratã: iste uanus cõmentator: ut ego quoq;

hoc uerbo utar: in eum transtulit uersum: cui minime conueniebat: ut & a Tage exponere cœpisse uideretur: & ciceronem in libro de diuinatione allegaret: quod quidem opus si diligenter: ut uult uideri: legisset: nunquã tam agresti rusticaq; oratione usus fuisset: neq; libro sine illa in spositione dixisset: & secundo apposuisset: cū

non unum sed duos Ciceronis de diuinatione libros extare etiam librarii nõ igrarent. Ex hoc uero facile de-

monstrat istum alienis pedibus ambulasse: hancq; de Tage historiam aliunde: q̄ ex secundo ciceronis de diu-
natione libro sumpsisse. sed quis ita loquitur! Tages puerili specie fuit: cœpitq; affari aratorem. Ille territus
clamans consciiuit totā Etruriam. Profecto nemo: nisi plane barbarus & agrestis ab omniq; elegancia alienus.
Cur uero id omiserit in hac referenda historia: quod maxime ad eog; quæ a poeta narrantur expositionem
necessarium est: haud facile dixerim: nisi fortassis eam breuitatis habuit rationem: ut & superuacua ascribat.
& necessaria p̄termittat. Ouidius quidem glebæ metamorphosin in pueri describit: de qua iste ne uerbum q̄-
dem ullum facit: non taciturus: nisi prorsus est stolidus: si quæ in secundo de diuinatione libro a Cicerone de
Tage scribuntur: legisset. Inde enim Ouidius quæ de Tage ipso narrat: sumpsisse uideur. Ita nāq; cicerō scri-
bit. Tages quidam dicitur in Tarquinienti agro cum terra araretur: & sulcus altius esset impressus: extitisse re-
pente: & eum affatus qui arabat. Sed qui iudicio carent in omnibus fere uel minimis labuntur: Eog; magis si
malignitas quoq; ingenii tarditatis accedit: id quod facile ex eadem expositione demonstratur. Ille territus in-
quit clamans consciiuit totam Etruriam. Illa nāq; duo participia imperite fuerunt copulata: & illud uerbum
consciuit citra .L. litteram fuerat scribendum. Sed barbarissimi omnes quoscunq; iste admisit: in librariorum ne-
gligentiam referantur. Tantam uero bubuleo fuisse uocem ut totā suo clamore concitauerit Etruriam: nemo
unq; nisi plane fatuus affirmauit. Ut autem alias istius ineptias omittamus: quod subiicitur: non ne istum pen-
tus ingenio carete ostendit. Inde inq; aruspicina sumpsit artem & principium. Si haruspicina est ars quo mo-
do artem aliunde sumere potest. Et putamus istum recte Quintilianum finem exposuisse: qui uel in minimis q̄-
busq; rā pueriliter labatur. Sed ne illud quidē quo prima istius expositio eluditur: ineptiis uacat. Plinius tamē
inquit non Tagen sed Delphon fuisse scribit. Ut. n. taceam. quod agrestis est ista locutio: Plinium cuius uer-
ba iste non percipit: a Cicerone Lucanoq; dissentire ait: cum Plinius Delphon primum haruspicine inuento-
rem fuisse scribat. Cicerō autem & Lucanus Thulosos illam a Tage accepisse dicant. Illa uero quæ subiicitur
expositio facile demonstrat istum ne rudimentorum quidem grammatices esse peritum. Indigenæ inquit po-
puli geniti ex Etruria. Pueri certe quantum uis rudes nō ex Etruria sed in Etruria genitum eē aliquem diceret:
nisi fortitan iste sibi psuasit homines ut mures interdum ex terra gigni solere. Quid! illud quod de haste Ro-
muli tactu ex Plutarchi sententiā scribit: nōne apte coarguit istum non modo litterarum esse expertem: Verq;
cōmuni quoq; sensu carere. Romulus inquit: ut scribit Plutarchus lanceam corneam iaculatus est experiendi
ingenii gratia. Quis unq; ingenii experiēdi gratia aliquem hastam iaculatum esse diceret. Profecto nemo nisi
si Vecors: cum præsertim apud Plutarchum legatur. Sui experiēdi gratia. hoc est suarq; uirium. Illud quoq;
de eadem arbore insulse ab isto fuit scriptum. Interit autē eum. C. Caesar p̄p̄inqua arbori loca fodi mādaret.
Neq; n. nunc exaruit arbor illa: cū Caesar mādauit illie gradus & ascensus instruendos. Sed cum radices a fa-
bris fuerunt excisæ. Verum hoc istius tarditati remittatur. Illa uero expositio nō ne est & impropria & falsa.
Stabat. Firma erat. Stare nāq; nō firmum: sed erectum esse significat. Stare siquidem & columna & arbores
dicuntur tantūsp̄ dum nō cadunt. Illud minime mirādum in isto cōmētatore nouo foret: quod quæ sunt in car-
minibus deprauata nō corrigit: nisi multa temerarie deprauaret. Hic. n. uersus. At sua fluminea quū uidit cip-
pus in uida. mendose legitur. neq; ab isto emēdatur: quod q̄dem primum expositoris est officium. Tametsi
nāq; in exemplaribus at scriptum sit: loco tamen illius hæc disunctio aut est reponēda ita exigente sententiā
quam iste nō dum percepit. De Cippo uero ne unum q̄dem uerbum facit p̄inde atq; si notissima historia fos-
set. ac nō & nomē & appellatio Cippus esset: id quod a diligenti grāmatico fuerat admonēdum. Sed qd in eo
diligentiam exigo: q̄ ipsa est negligentia. Id uero facile ex eo colligitur: quod de Roma scribit. Nam Roma i-
latio erat. Erat inq; quasi nunc in latio nō sit Roma. Sed in Apuliam cōmigrarit. Finis nō erit: si omnia istius
errata persequi libuerit. Verum illud quoq; apte ostendit q̄ sit aptus exponēdis auctoribus impetus iste pe-
dagogus. Succinctis pinetis. Dens inquit & alligaris pinetis. Nouas iste expositiones importat. Nemo siq;
dem grāmaticorū unq; asseruit Succinctum densum significare. Succincta nāq; pineta dicuntur: quod fere &
procera sint & iuxta cacumen ramos emittant. Ut succincti milites appellātur altius cincti ac breuiores indu-
ti uestes. Sed illa quoq; quæ infertur expositio ineptiis nō caret. Iugerum etiam non a iungendo: ut iste putat:
sed a iugo ut Varro ait est declinatum. Quid illa quæ subiicitur: nō ne scō distinum redolet solocismū. Por-
ta quoq; quā intraturus erat. Per portam intrare dicendum esse ne femellæ quidem ignorant illud euangeli-
cum sapius audientes. qui non intrat per hostium fur est & latro. Sed iste licentia poetica libenter uti uidetur:
quæ poetæ nihil aliud habeat q̄ furorem. Quo quidem actus pleriq; in locis quæ nihil ad p̄positum faciunt
adducit. quæ uero maxime necessaria sunt prætermittit. Sed uinam omnia prætermisisset. neq; tam insulsa lo-
cutione usus fuisset. Insula. Ea inquit erat in Tyberi facta est scēte Tarquinii superbi: ut uoluit Iuius. Barba-
ra est & agrestis neq; ab ingenuis agnoscenda ista est oratio: rufq; unde uenit est remittēda. Hoc uero sustibus
esset castigandum: quod temerarius iste Ouidium agit imperitiæ reum: falsoq; ab illo cuius uerba non per-
cipit. Plinium dissentire ait. Ouidius nāq; & sententiā præstantissimū cuiusq; geographi Delphos in medio
orbis terrarū esse ait. Iste Plinium falso ait dicere italiā atq; siciliam eē medium mundi: qd quidem Plinius ipse
nō q̄ scriptū reliquit cū geographi omnes idcirco Delphos umbilicum orbis terrarū eē dicāt: quod sunt in
mediū illi orbis extructi. Sed p̄fido illi scoto a quo fuerat exigua mercede nulla alia de causa conductus q̄ qd
& fatuum ipsum cognoscebat & imperitum: satisfacere pulchrum putauit. Unde & medium mundi ait. Sed

quid orbis. quid mundus sit quod mixtum est istum ignorare: cum ubique tam pueriliter cadat. Quod. n. ait Epidaurum etiam insulam fuisse in mari Illyrico: quae nunc Ragusium dicitur: falsum est. Cum Ragusium in continenti sit nec insula unquam fuisse scribatur. Quod uero allegat aristotelem: facile istum quisquis sit: maximum esse nebulo uero ostendit: cum nec libri meminerit: nec illius scripta proceperit unquam. Vix fatuus iste sibi persuadet expositiones illas maxime accuratas esse: in quibus multa praestantum auctorum nomina sunt inserta. Insultum est & illud & falsum. Qui nunc Ausonii nominantur. Nulli namque sunt populi in Italia quae nunc Ausonii uocentur. Sed ne illud quidem rectius est litteris commendatum. Dicta est ausonia ab Ausonio Ulyssis filio. Ausoniam & ausones populos antiquissimi Itali ab Ausone non Ausonio Ulyssis filio denominatos fuisse & alii geographi & Stephanus scribit. Illa quoque expositio quae infertur: ut omittatur: quod insulsa est: defendi non potest a soloecismo: nisi hoc pro nomine scribatur. Contendunt inquit legati exponere phoebe responsa & illo iubente Aesculapium petere. sed ne illud quidem recte est enarratum. Varias sententias. Varias erant opiniones. Proprie namque sententiae dicuntur in senatu: cum senatores apertum quod sentiant de re: de qua consultatur. Quae uero senatores ait Artynos a Plutarcho appellari pudentem: cum neque ad propositum faciat: nec cur ita appellentur exponat. Quid? Illud nonne o. Iose affectatum? Extrema pars diei inquit quae a Macrobio dicitur suprema tempestas. Quid. n. ad expositionem facit: si extrema pars diei a Macrobio suprema tempestas uocatur? Quae uero ait: diffinitio noctis: quae ut scribit Plinius est umbra noctis: sona nolentium esse istum paedagogum committit. Nox. n. est umbra terrae non noctis. Nihil. n. pro se ipsum definitur. sed ne illa quidem expositio est approbanda. Consistere. Apparere noctu Romanis. Quasi uero consistere sit noctu apparere. Aut consistere ante togam: ulla indigeat expositione. Sed qualis in aede. Quae de Macrobio iste describit de draconum formis: nihil ad huius loci faciunt expositionem. Quod uero maxime est necessarium: nihil exponit qualis in aede aesculapius coleret. Fatuae autem colitur pro colere posuit: cum Aesculapius nusquam nunc colatur: nisi forte insanus iste illi quotidie sacrificat: ut sibi metis. anxia restituat: qua ipsum carere est quod subicitur ostendit. Ad templa operosa. ope inquit elaborata. Tempora namque operosa dicuntur multis operibus multoque labore confecta. Cum uero elaborata pro duplex. Illi scribit: facile declarat se non minus scribendi quam loquendi esse impitum. Sed & iste & alii barbarissimi in librariorum ut dixi in curiam referantur. Illa uero quae accurata: quae apta est expositio. Deus aureus. Ceruleus inquit ut solent serpentes. Quid isto insultus? Ceruleus namque ab aureo sic est diuersus: ut nullam cum illo habeat affinitatem. Vix poeta ad aureum simulacrum alludit. Sed ne illa quidem citra ineptias. In serpente deus. In serpentis formam. Immo uero in serpente deum fuisse poeta ait. Nec illa. Litora scyllae. scopulus scyllae. si aliter exponere uolebat: saltem per accusatiuum enunciaisset. Quae uero subicitur est ne expositio an confusio potius appellanda? Iapygia inquit a Iapete Dedali filio: ut Plinius scribit. ea a graecis Messapia uocata est: auctor Strabo quae Plinius Messapiam scribit calabriam esse a duce appellatam. Quid primum in ista reprehendam expositione? Omnia namque forent transuerso calamo notanda: cum neque a Iapete Iapygia sed a Iapyge dedali filio dicatur. & Strabonem Pliniumque inuertat. & in singulis nihil mihi est immorandum. Fatua quidem est etiam illa. Leuis remis. In leuam partem remigantibus: cum remi non remigare dicantur. Ac ea quidem quae uel caecis aperta sunt: ut est in proverbio: nouus iste commentator exponit. Quae uero sunt abstrusiora: de his ne ullam quidem facit mentionem. De Amphysitis taxis & celenis pinde atque si loca essent omnibus uulgarissima: mirum agit silentium. Quod quidem si & in aliis fecisset: rectius sibi consulisset: neque sibi permisisset ea deprauare: quae nihil prociuebat. Nam temerarius iste paedagogus: qui sibi falsam scientiae induit persuasionem: id immutare ausus est: quod quis mihi quoque deprauatum uideatur. In omnibus tamen exemplaribus & ueteribus & nouis quaecumque mihi uidere contigit: uel Romechium uel Romanetium est scriptum. Quae quidem nomina cum nullam cum Plemurio quod loco eorum citra ullam pristinae lectionis mentionem iste reposuit: habeant litterarum affinitatem: minime fuerant de uersu tam temerarie tollenda. Adde quod Plemurium in Sicilia est iuxta Syracusas. & Oui. loca Italiae maritima ad quae uectus est Aesculapius enumerat. Quare istius temeritas in deprauandis codicibus non uerbis sed uerbis coercenda foret. Ego quidem multum diu dubitavi quo modo foret legendum: & quam existimem me correxisse: nihil tamen in uersu immutare sum ausus: quod nullum uidi exemplar: quod mihi astipuletur. Sed ut tritum est proverbium stolidis morionibusque omnia permittuntur. Age uero quae scite caulona exponit? Montem inquit Calabriae uel oppidum ut Plinius tradit. Immo & mons & oppidum est caulon qui etiam aulon uocatur. De Narycia uero nullam facit mentionem non taciturus: siquid unquam de illa legisset. Quid uero illa sibi uerba in leucosiae expositione uelint uideri ipse. quae inquit hoc in loco iniecta perit. Obscuriora certe sunt quam ut exponenti conueniant. Sed quid ineptias istius inspector: omnia uel spongia delenda uel igni tradenda forent. omitto igitur quod tepidum pro amoenio exponit & illud. In quo oppido uno anno bis rosae nascebantur. nam & ille ablatius uno redundat. & nunc quoque bis anno rosae nascuntur. Sed quod de capreis dicemus: quas & insulas Campaniae esse ait & Papinio cheleboas uocari? Capriae namque non capreae dicuntur. neque plures sunt insulae sed dicitur una. Neque a Papinio cheleboae appellantur: sed teleboum sedes fuisse asseruntur. Quid? quod sciolus iste paedagogus si diis placet uicium fugillare atque irridere conatur: cur autem inquit Ouidius generoso Palmite dixerit uiderit ipse. Perinde atque si uinum Surrhentinum apud praescos maximo in pretio non fuisset. Illud uero quod ait. Non stabias sed statinas esse legendum: non ne istum & sensu & flagris indigere ostendit: cum stabias & exemplaria habeant. & Plinius oppidum esse Campaniae scribat. quod abierit in uillas? Nisi istius paedagogi

temeritas retundatur: omnia uideatur corrupturus. sed quid multa de istius erratis: cum plura pene sint quam uerba? Quia propter finem faciam: si prius illud testatus fuero me ignorare quid sibi illa expositio uelut sine uel sine in serano sita est sine a quo nome uel icat. Et prima calida sunt balnea. Illud quoque me deponere calamum uolentem detinet: quod Ancō illo in loco ab isto & legitur & expōitur. Et spissi littoris anchō. Anchō inquit græca ciuitas est a Syracusanis cōdita. quod quidem uerum esse nō diffiteor: cum geographi oēs id tradāt. Sed Aesculapius pro mare tyrrhenū uectus est Romā: nō per adriaticū: a quo anconæ muros lancinari et nauiculariis ē notū. Nō solū autē geographiæ ratio isti repugnat deprauatæ lectiōi: sed et historia: quæ diffuse Valerius describit. quæ uero ab isto subiiciuntur de Apollinis & fortunæ templo facta sūt & insulsa. neque a Valerio scribuntur. Illud uero insulsum dictū est. C. cæsare laudat: ut ostendat se sumpsisse principium a chaos & ad cæsare puenisse. Neque enim. Qui propter illud cæsare cōmēdat: sed in gratiā Augusti: & ut elegantius metamorphosin aia cæsaris in comete cum supioribus cōnectat. Illa uero nō solū inepta: sed falsa quoque est expositio. præponendus ē augustus cunctis Cæsaris gestis. Qui. namque hoc non ait: sed adoptionē Augusti oibus Cæsaris gestis anteferendā censet. Falsū ē illud quoque quod fatuus iste refert. Flāmas uestæ. Hoc ideo dicit: quoniā ut tradit Fenestela uestales flāgris cædi iubebant a pontifice: si ignis sanctus esset extinctus. Hoc enim non sentit Quidius. sed per flāmas uestæ intelligit religionē. Sed ne illud quidē est uerum: quod parca a partu ex sententia fabii dictas esse ait. Quid ē illud ē ne accurate expositum? Media cum sede senatus. Venus iquit in curiā Pompeii Vbi cæsar fuerat occisus a nullo perpecta descendit. Non enim fuerat occisus: sed erat occidendus. scribere debebat iste pædagogus. Ante quæ enim occideretur cæsar: iam uenus in senatum descenderat: ut illius animam exciperet in celūque tolleret. Illud uero nihil percipiens in contrarium uertit sensum. Vnaque in parte repugnat. Fama inquit cæteris fauet Augusto. In hoc ei aduersatur quod se patri præferat. Non solū autē Quidio sed sibi quoque ipsi contradicit. Nam paulo ante ait. Fama præponit Augustum Iulio cæsari. quibus ipse hoc nolle. Nunc uero cōtrariū ait. Illud quoque propter exponitur. Pater ē & rector uterque. Uterque inquit Iulius & Augustus. Homo uero Jupiter & Augustus Tale ē enim quale illud uergilianū. Nocte pluit tota redeunt spectacula manē Diuisum imperiū cum Ioue cæsar habet. Hoc uero qui non uidet: exponēdis auctoribus nihil ē aptus. Sed de pædagogi istius temerarii ineptiis plura quæ proposuerā: non tam quod ulla annotatione digna putarim: quam ut & uos Eloquentissimi Aduocatores & per uos studiosi oēs cognoscerent istiusmodi ineptias meis enarrationibus nulla alia de causa ab illo librario fuisse ascriptas: quam ut me meaque oia euerteret: ac ubique & i oē tempus infamaret: anserque iudis ac semidoctis quibusdam in me debacchandi præberet. Valete clarissima eloquentiæ senatusque Veneti ornamenta.

Raphael Regius Paulo Cornelio Patricio Veneto doctissimo & sapientissimo Senatori felicitatem.

X relectione meaque in Quidii metamorphosin enarrationum: quas quidam octavianus scotus primū impressit deprehendi quæ plurima & foedissime quidem siue librorum incuria siue iudorum quorundam conspiratione. siue potius utroque fuisse deprauata: & me quoque dum librorum ipsius ad finem properantibus more gerere quam precipienti Horatio: ut siquid scribimus in aliquo tempore reponatur: non ut prematur in annum: parere malo: in quibusdam lapsus esse animaduerti. Quæ quidē nisi in hac secunda editione correxissem & de studiis male meritis esse: & istis utiligatoribus: qui uel ea que recta sunt: dānare solent: anam maximam in me debacchandi præbuisse uideri possem. Nunc uero cum ea quæ cum festinatione: tum istorum malignitate deprauata esse in transcurso cognoui: emendarim: & bene meritum iuuenibus optime consuluisse: & os istis obrectatoribus ita uideor obstruxisse: ut cerberi more uanos dum taxat latratus i auras rabiem suam indicantes edere possint. Quis enim nisi ipudens Vanusque nebulo illius opis: quod me & inscio & inuito citra ullam castigationem meam sit editum: errores quos uel in prima editione emendaturus si licuisset: errā: Ut quidii carmē istis obicere moliar & in secunda correxi: mihi duxerit: imputandos? Neque ignoro nonnulla in hac quoque secunda editione & noui istius artificii difficultate & librorum incuria admissa deprehensum iri: sed illa tum leuita tum quæ facile unusquisque uel mediocriter doctus citra ullam admonitionem possit emendare. Quæ quidē notatu digna istis nebulonibus malignis facile uidebuntur: quæ tamen nihil eximiorum operum citra alienas expositiones percipiant: flegere uideant: nunquam tamen per quos proficiunt: lacere desistunt. Sed ut qui milium seminant: passerulos contemnere in trito est prouerbio: Sic ego Vanas istorum uoculas: dum probis doctisque hoc ē tui similibus Paule Corneli placeam: flocifacere consueui. Tu namque illa es & modestia & doctrina: ut quæ bene scribuntur: ingenue cōmendes. Quæ uero festinatione librorum uel incuria peccantur: illa benigne excuses. Neque enim. quod ego exemplari deceptus in epithaphio phæthontis fatum & legi & exposui: cum a pulchro sensu non abhorreat: meas idcirco enarrationes in oibus abiciendas esse existimabis. Quis saxum non fatum ego quoque tester esse legendum. Cum uero in nonnullis litteram pro syllaba uel pro syllaba aut dictionem etiam pro dictione positam esse comperies: id non mihi: sed librorum flagitium ascribendum esse candide iudicabis: Qui namque nō sentit librorum in iis quæ deprauata sunt: non esse hallucinatos: non minus indignus est qui nostris lucubrationibus iuuetur: quam qui pueriles illos errores malignitate quorundam inuidorum in prima editione admissos in me putat esse regerendos. Quæ ob rem etiam si istiusmodi librorum errata non corrigantur: nihilominus tamen & tuo & tui similibus perquam acris syncretorum iudicio me aduersus istos obrectatores tum esse cognosco. Vale eximium Cornelie genitricis ornamentum.

Laus omnipotenti deo.

Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.

Registrum huius operis.

A	f	m	r
Prima alba	Quodq	Externis	Viridem ferrugine
Ad illustrissimum	Enectum	Vix tamen	In parte
potest sin	Esse deus	secum duxit	ti tui
a	Pr o corpore	ob certamen	Aeoliq
Raphaelis regii	g	n	t
Neptuno	Er quæ	Et pauet	Nil prater
Imminet	Hunc ubi	perie cal	Disiguere oculi
hoc est	Plus tamen	Arce ab	de ad lucum
b	Facies	Veteris rapinæ	Transitum
cum habet	h	o	u
Per sacras	Premebat	tempus erat	fabula
fuisse interfectum	indigenæ	piscosamq	tas habenas
ut inquit	Vetamen	Coniugiumq	Siue hoc
c	Tunc cnm	Excitue	x
Raphaelis regii	l	p	x
Torquet	Os mutum	Plamathen	Nec nisi
Vtq serant	Flet modo	Puppe	monstrat istum
Succis ademptis	gereret	Frangiturum	
d	ab honesto	An mea	
auxiliumq	k	q	
tota tamen	quodq uentum	Procubuit	
Tres habuit	Aeacus	Cornua	
Labiur	Foncibus	commouit	
e	Dignior	Viri herculis	
natus est	l	r	
Procubuit	esse ut uofatum	Neue in me	
Miserabilis	Caluere	nu paladium	
quo tamen	At gemini	dum Quam	
	filium producit	Factaq	




[Faint, illegible handwritten text or markings]

[Faint, illegible handwritten text]


[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Sepe et malum

25







No. 4
A-38